



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. De Angelorum speciei atomæ cuiusvis numerica multiplicabilitate conclusiones affirmantes S. Thom. autoritate fundantur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

simi foraminis spatium plerumque habet, quod si post longissimum decursum aqua eadem, in angustius spatium, vel natura, vel arte incurrat, arctius, quam prope originem tota coeget. Accedit proxime, sed longo (ve alter aiebat) proximo intervallo, & infinito, Angelum ad Deum, entitativè adhuc accedere, cum creatura sit, & inter quem proinde, & Deum creatura proximior, & proximior entitativa perfectione esse possint: quare, adhuc entitativè, nego, excludendo absolute, maiorem proximitatem ad Deum nego minorem. Item distinguendo terminum *Angelica natura* secundum omni sui partem, nego minorem, secundum aliquam sui partem reliquis præstantiorem, permitto minorem, & nego consequentiam. Et sane si argumentum teneret, Angelicam naturam in sola individua duo multiplicabilem contra scripturam probaret: siquidem ad eos naturæ collectio, summa, ac minima in plura diuisio est. Arguit secundo. Sedes Angelorum repantur per homines speciei atomæ eiusdem: ergo habenda erant, ab Angelis eiusdem speciei. Negatur consequentia. Non, quia bona supernaturalia omnia (etiam auxilia ad gloriam consequendam, & minus ad maiorem gloriam, ordinationem) disposita, & collata à Deo Angelis iudicem pro eorum naturali dignitate specifica maiore (ut asserunt plures & Bualus, responder) hominibus autem ex meritis gloria datur, quibus speciei inferioris individua possunt individui speciei superioris, eorumque dignitati, naturali excedere, nedum æquari: id enim in ordinatione Dei, & providentia de mediis ad tantam gloriam erga homines locum, non habet, cum ex meritis hominis non sit: Nego igitur consequentiam: quia in utroque, ea ordinatio, & providentia de mediis, tam efficacibus, quam sufficientibus ad tantam gloriam promerendam, mere gravita, & supra debitum naturis ipsorum est: quare inde natura specificæ infimæ, identitatis, & æqualitatis, vel inæqualitatis, & diversitatis nequit inferri, inestas, ex æqualitate, & identitate specifica finis, & operationis vitæ specifica atomæ substantialium individuum inferatur, ut diximus num. 3. argui finis beatitudinis Angelorum omnium, & operationes intellectus, vel voluntatis (in quorum altera, vel utraque formaliter beatitudo consistit) eiusdem speciei atomæ in ipsis sunt, solumque penes magis, & minus intra eandem speciem differunt: ergo Angelis specie, non differunt, sed specie atomæ conveniunt. Respondeo distinguendo maiorem. Finis est operatio proxima naturalis, vel quæ eam arguat, ac naturaliter inferat, fateor; remotus, & vicinus finis, & operatio, quæ proximam eandem specie atomæ natura iter, non arguat (ut supernaturalis Angelorum beatitas) nego cum Sancti Thomæ, i. p. q. 75. a. 7. ad 1. & 1. 2. q. 1. a. 6. ad 10. dicente: ea quorum unus est finis proximus, & naturalis, sunt unum secundum speciem, Beatitudo autem altera est finis ultimus, & supernaturalis. Reliquæ oppositiones, ne relatio, ne quidem, pro sui debilitate, ne dum solutione, dignæ sunt.

CERTAMEN III.

De Angelorum speciei atomæ cuiusvis numerica multiplicabilitate conclusiones affirmantes S. Thom. auctoritate fundantur.

1. Deo primo Angeli sub quavis specie sua atomæ absolute multiplicabiles numero sunt. Est contra paucos Thomistas relatos cert. 1. n. 2. sub init. est tamen communis reliquorum Theologorum conclusio citatorum ibi n. 6. & expressa Sancti Thomæ sententia: id, quod ostendendum in primis contra illos erit: ac deinceps eisdem ratione probanda conclusio: ut appareat eos testibus aliquibus S. Thomæ, sono tenuis aureis, nec satis eius doctrina & mente, tum ibi, tum alibi penetrata Angelicum Præceptum Christioph. de Origine, de Deo Vno, Tomus II.

rem difficillimis, & imperceptibilibus, valdeque à ratione abhorrentibus sententiis, onerasse. Igitur 1. p. q. 29. a. 1. scribens. *Substantiam individuari, per se ipsam: sed accidens individuari per subiectum: dicitur enim hac albedo in quantum est in hac substantia.* Quæ repetit quæstion. 9. de potentia, art. 1. ad 8. acqui Angeli substantiæ, & nusquam accidentiæ, sunt; ergo ex Sancti Thomæ. se ipsis, non autem per subiectum, seu materiam, adhuc extrinsecus, tanquam per terminum respectus essentialis individui cuiusque, neque enim accidentiæ, quæ, quoad individuationem per subiectum, substantiis opponit, per subiectum, cui insunt, & à quo proinde realiter individualiter differunt, individuari intrinsece possunt, sed, ut summum, extrinsecus tanquam per terminum extrinsecum, & q. 1. a. 1. ad 4. quod Angeli multiplicari nequeant, quia diuine bonitatis sunt radij. Qui non nisi secundum recipientium diversitatem (quæ in Angelis locum, non habent) multiplicatur: Respondeo, refundendo Angelorum diversitatem, & multitudinem, in diuinam sapientiam diversos ordines excogitantem, quæ non solum de diversitate, specifica, sed numerica etiam Angelorum intra eundem ordinem, & speciem intelligi debet: de qua solummodo obiectio erat, esseque poterat: cum distinctionis impossibilitas per recipientis, seu materiæ, & subiecti de factum, eius solum distinctionis, quæ materiam requiratur, cogitari, & obici poterat: individualis vero sola materiam, ut principium individuationis necessarium, apud aliquos requirit; specificam vero materiam requirere nemini hæcenus venit in mentem: quare hostem sibi finxisse dicendus S. Thomas esset, quem facile vinceret, si de individuatione, & distinctione, individuali etiam, rerum per materiam obiceret, ac responderet.

2. Tercio eadem 1. p. q. 47. a. 1. corp. ubi Democritum rerum distinctionem, per materiam, & Anaxagoram, per materiam, & causam agentem fieri asserentes impugnat. Primo: quia materiæ sua est distinctio, quæ, nisi res per se ipsas distingui admittatur, ad alteriorem causam recurrere pro eius distinctione oportebit. Secundo: quia distinctio rerum est per formas proprias (ex Arist. 7. metaphysicor. text. 49. dicente. *Actus est, qui distinguit*) non ergo distinctio est in rebus propter materiam. Ergo ex S. Thomæ. ubi non est materia, sed solus, & totus actus substantialis, ut in Angelis distinctio omnis per id ipsum, quod in se sunt, esse poterit, imo necessario, ac nō aliter erit. Consequenter prima de se se patet: nec minus patet secunda. Antecedens, ultra Aristotelis, & (quod nunc fati esset) S. Thomæ auctoritatem in Thomistarum aliquot, qui aduersè hac in re ipsam interpretantur, sententia certum esse debet: siquidem materia per ipsos, non existit actu, nec potest existere, nisi per formam, atque per eiusdem formalem existentiam, cuius falsitatem, suo loco impugnauimus: ergo omnis, individua etiam, actualis distinctio rerum etiam corporearum debet esse per formam, quæ omnem tribuit materiæ actualitatem, sine qua actualis rerum distinctio repugnat: ergo, & repugnat omnis distinctio rerum etiam corporearum, possibili, nisi per formam possibilem. Potentia quippe etiam logica, ad actum impossibilem est repugnans, & chimærica. Et ratione probatur: quia variata materia magna sui parte idem individuum manet, quia, eadem forma perseverat, ut constat in substantiali augmento, & decremento hominum: in quibus cuius individuum plures materiæ partes pereunt, ac plures denuo adquiruntur. Insuper in resurrectione, in qua partes omnes materiæ hominis, qui petiit, nequeunt omnibus adesse: cum alimentis succedentium aliorum plerumque materia præcedentium constent, ac subinde in illorum substantiam transeat; & tamen, quia eadem singularis anima perseverat, idem nihilominus homo singularis resurgit ex fide; ergo animæ, seu formæ singularitatis intrinseca est ratio formalis individuationis, non materia, quæ variata, deperditæque, & quantumvis aucta (ut fere tota in infantibus hominibus, aliis, quæ valde senio, ac diuturnis febribus absumptis,

& ad Beatitudinem resurgentibus, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, id est magnitudine, atque elegantia corporum, Christi corpori simillima (ut communis, & probabilior sententia fert) addenda à Deo sit: ut, vel inde, constet materiam ad indiuiduationem hominis formaliter, ne partialiter quidem conferre, sed pure ad id materialiter se habere, id solum muneri præstando; quod à quavis loco eius succedente præstetur. Denique per S. Thomam Aristotelem, & omnes forma specifica, & actu distinguunt species hominem scilicet à Leone, non materia; ergo indiuidua forma, & actus distinguit indiuidua, scilicet, Petrum à Paulo.

3. In ponderatione tertij huius testimonij Sancti Thomæ nonnullas à ratione impugnaciones dedimus aduersæ sententiæ, & principij, cui iniicitur, de rerum necessaria indiuiduatione, per materiam, quod statui à S. Thom. & supponi multoties videtur: cuius mentem ad loca, quæ opponi nostræ conclusioni solent, referemus atque explicabimus à num. 4. Nunc autem quartum testimonium validissimum eiusdem pro nostra conclusione producimus ex 1. d. 34 q. 1. a. 1. corp. init. discernitur cur in creatis natura, & essentia, idem, quod subsistentia, non sit, sicut in diuinis, his designat. Dicendum, quod persona, & essentia omnino re in diuinis non distinguuntur; in illis enim, in quibus aliud est essentia quam hypostasis, vel suppositum, oportet quod sit, aliquid materiae, per quod natura indiuiduetur, & determinetur, ad hoc singulare, unde illam determinationem materia, vel alicuius, quod loco materia se habet, addit in creatura hypostasis supra essentiam, & naturam. Unde omnino in creaturis ista idem sunt; in Deo autem non est natura illius subsistens per aliquod ad quod (legem à quo) determinatur, sicut per materiam, sed per ipsum est subsistens, & ipsum esse subsistens est: unde natura est ipsum, quod subsistit, & esse in quo subsistit. Et propter hoc in Deo omnino idem est, quod est, & quod est. Ex quibus patet materiam, seu subiectum physicum proprie acceptum, siue secundum se, siue ut signatam etiam quantitate, principium proprium indiuiduationis rerum vniuersim necessarium Angelico Doctore non fuisse: cum expresse dicat essentia omni creatæ determinationem ad hoc singulare afferri à materia, vel aliquo alio, quod loco materia se habet: hoc autem materia propria non est, cuius loco substituitur essentiam, seu naturam determinet: at nihil sibi potest substituere: ac propterea in creatis esse hypostasis Sancti Thom. docet expresse, à natura, & essentia creati diuersam. Posuit autem materiam primo loco: quia in sensibilibus, quæ nouimus, determinat indiuiduationem, sensibilibus, & eoque modo, quo mox dicemus, ut inde facilius determinationem naturæ per hypostasis, ad hoc indiuiduum, illius ad iustas, conciperemus. Secundo ex hoc testimonio, sic instructo argumentum ex eius propositionibus legitime deductum: omnis natura, & essentia, determinabilis per aliud ad singulare, seu suppositum præ alio, est multiplicabilis in plura singularia, & supposita: atqui omnis natura & essentia creatæ, (ac subinde natura, & essentia Angelica specifica) est natura, & essentia determinabilis, per aliud; ergo multiplicabilis in indiuidua.

4. Opponit S. Thomam 1. p. q. 10. a. 4. ubi hanc absolutam, Angelorum indiuidualem solum, immultiplicabilitatem, ex hoc generali suo principio probat, quæcumque forma (quantumcumque materialis, & infima) si ponatur abstracta, vel secundum esse, vel secundum intellectum, non remanet, nisi una in una specie. Si enim intelligatur albedo, absque omni subiecto subsistens, non erit possibile, ponere plures albedines: cum videamus, quod hac albedo non differt ab alia, nisi per hoc, quod est, in hoc, vel illo subiecto. Et similiter, si esset humanitas, abstracta, non esset, nisi una tantum, eadem fere ad ipsum probandum, sic repetit q. 75. a. 7. ostendens contra Origenem Angelos, & animas nostras non posse solo numero, ac non etiam specie differre: quia, cum non sint compositæ, ex materia, &

forma, sed sint forma subsistentes, manifestum est, quod necesse erit in eis esse diuersitatem in specie. Non enim potest intelligi, quod aliqua forma separata non possit esse, nisi una tantum. Hac enim albedo, non differt ab illa, nisi per hoc, quod est huius vel illius. Quare, nec Angelus, qui forma separata natura sua est, uno tantum in una specie esse poterit, quæritur item 1. 2. corp. forma simplices per se subsistentes, si intelliguntur, ut sunt in se ipsis, non possent communicari, nec re nec ratione, q. 10. de spiritualibus. creatur. a. 4. corp. Si Angelus est forma simplex abstracta à materia (ut esse ait, ac per se subsistentem 1. p. q. 12. a. 4. corp.) impossibile est etiam fingere, quod sint plures Angeli vnius speciei. Sicut si esset albedo ab omni respectu, & subiecto separata, esset una tantum: ita impossibile est, quod sit summa esse subsistens nisi unum tantum. Eidem conclusioni, & principij insitit 1. p. q. 44. a. 1. denique indiuiduationis principium, ac distinctionis numerice subinde materiam principium esse constans, ubique videtur docere, q. citat. de spiritualibus. creaturis a. 1. ad. 9. & 19. ac locis reliquis citatis q. 2. de pot. a. 4. & q. 3. a. 10. corp. q. 2. de verit. a. 6. ad. 1. opulc. 29. post med. 3. p. q. 77. a. 2. q. 16. de malo a. 1. ad. 18. & super Boetium de Trinit. q. 4. quæ omnia colligere in vnum, ac difficiatiora in terminis pro contraria sententia prolixius placuit recitare, ut aduersarij aliquot, qui S. Thomæ littera potius, quam spiritu armati, ipsi nos aduersarios & authoritatis eius contempores inelamant, videant, quam magni nobis eius in re præsent, & in aliis offendimus contra eisdem S. Thomæ doctrinam, mentis, & authoritas fuerit: quibus alie eruditi adeo prolixo labore incumbimus semper, & infatigabili.

5. Et sane, quoad indiuiduationem, & distinctionem solum numericam rerum creatarum intra speciem eandem per materiam, tanquam per necessarium principium, siue intrinsecum, siue extrinsecum, de necessitate absoluta, & omnimoda impossibilitate distinctionis numerice, & indiuiduationis rerum absque materia intelligendus non est; sed sensibilibus, ac, ut apprehendi à nobis possit, qui non nisi materialia, & sensibilia, primum, atque eorum ad instar reliqua cognoscimus: unde absque materia, & quantæ, & his, vel illis qualitatibus affectis, & substantiæ cognoscendæ, & dignoscendæ iuxta vultum nobis pro hoc statu, cognoscendæ, & diuersendæ singularia, speciei eiusdem principium reliquuntur. Adcirco indiuiduum à cunctis Philosophis determinatur: Cuius collectio proprietas, quæ in uno est, in alio reperiri non potest, non quidem, quod in ea collectione sensibilibus, & substantiis, indiuiduationis, & distinctionis numerice rerum sit; sed, quia eius à nobis cognoscendæ pro hoc statu necessarium principium, ea sensibilibus collectio est; & quæ feruente deficiente cognosce indiuiduationem, & distinctionem illam numericam, pro hoc statu sit impossibile: ita plane impossibilitatem indiuiduationis, & distinctionis numerice rerum sine materia, & hanc necessarium illarum principium esse, nempe sensibilibus indiuiduationis, voluit S. Thomas, ut albedinis separare exemplo toties ad præsens respectu satis clare explicuit, quod lib. 7. a. 10. his verbis: ut albedo, nisi natura absque quantitate subsistat, tamen illa albedo non esset, sicut hac albedo sensibilibus, quia nihil absque magnitudine, & quantitate sensibilibus ex Aristotel. c. 8. de sensu, & sensibilibus) sed esset forma quædam intelligibilis ad modum formarum separatarum, quas Plato ponebat. Subditque, quantitatem indiuidui, seu plures tales, separatas à materia (quæ se ipsa magnitudo est) imaginari nos posse: plures autem albedines eiusdem speciei, sine subiecto imaginari, est impossibile: quia scilicet, nisi externe se alterent, est impossibile esse non potest. Unde proxime subdit: imaginatio esse non potest. Unde proximè subdit: & sic patet, quod albedo non indiuiduatur nisi ex subiecto. Secundo. Familiare disputantibus est, id quod ipsis ex vilo naturali principio, & rerum, naturæque ordine inspecto fieri posse non cognoscunt impossibile absolute nominare; tamen nulla in eis prædicatis contradictio, & quæ absoluta repugnantia.

Disp. II. Quæst. IV. Certam. IV. 77

& omnimoda est) recognoscatur: id quod apud S. Thomam est frequens; læpe enim, ea quæ citra mixtum, vel plura alia ultra reuelata in Eucharistia fieri non possunt, absolute, ac sine addito villo impossibilia vocat, 3. p. qu. 75. a. 6. corp. & qu. 77. art. 1. & art. 8. Innocentij 111. testimonium interpretans: quia etgo in substantiis, quæ materia constant; prout hæc sic vel aliter disposita, & signata quantitate & accidentibus est, naturaliter exactiue causam efficientem formæ Deum determinet, ut hanc præ alia numero formam, speciei eiusdem, inducat, ex qua hoc numero speciei eiusdem individuum conficitur; si autem formæ accidentales sint naturaliter, non, nisi in subiectis physice sint, atque eorum diuisione diuidantur, ut notum est, & docet S. Thom. 1. p. qu. 50. art. 4. ad 1. cum Angelus materiam nullam (quare nec signatam, quantitate, & dispositionibus, essentia sua claudat, aut requirat, ut hic præ aliis producat, nec principium originarium, & motuum, cuiusvis ex illis, vel quorumvis præ aliis Deum determinans exactiue adsit, assignarique a nobis rationabiliter possit: resque tota rei arbitrio ac beneplacito libero est deferenda, si sit rerum natura, & ordini standum: indiuiduationis, & multiplicationis, seu distinctionis, numerica solum, intra speciem eandem nullum in natura, & connaturaliter principium esse, assignariue rationabiliter posse, quia materia carent, recte, S. Thom. toties ait.

6. Sed profundius etiam aliquid, & quo testimonia opposita genuine intelligantur, & cum locis eius pro nostra sententia apertissimis mirifice concordent, addendum & quoniam locis omnibus oppositis doctrinam, quæ sonat, aduersum exemplum albedinis separatæ à subiecto semper confirmat, quid per albedinem separatam à subiecto, & à quo subiecto separatam, & quomodo ab eo separatam S. Thomas intelligat explorandum in primis, id autem ipse explicuit verbis illis recitatis, numero proximo ex quodlibeto, 7. numero 10. quod scilicet ita separatam non esset albedo sensibilis, sicut hæc nostra, sed esset forma quadam intelligibilis admodum formarum separataram, quas Plato ponebat. Quod etiam de forma panis consecrati, & quous materiali à materia separatæ docet, 3. p. qu. 75. a. 6. corp. si à subiecto separatæ remaneant, quia iam esset (inquit de forma panis ita separatæ) forma intelligibilis actus, & etiam intelligens. Nam omnes formæ à materia separatæ sunt tales, & tamen formam quantitatis à subiecto physico, seu materia panis, atque omni prius materia separatam consistere, sensibilemque, ac nusquam intelligibilem esse S. Thomas sciebat, ac fideles omnes experimur; sed illis verbis primo loco additis, *Intelligibilis admodum formarum separataram, quas Plato ponebat*, totam litam mentem explicuit Plato; enim formas illas, seu species rerum, & naturas ab indiuiduis abstractas, & separatas reliquas, (à Petro, verbi gratia, & Paulo) vniuersales indiuiduas, ac primo modo dicendi per se, siue essentia, & entitate sua subsistentes ponebat, ac proinde ideam, & formam hominis, aut equi, per se hominem, & per se equum, vocabat recte Arist. 7. Metaphysicor. à textu 44. ad 56. ex quo S. Thomas, 1. p. quæst. 6. a. 4. & qu. 84. a. 4. his verbis. *Plato posuit formas rerum sensibilibus, per se sine materia subsistentes, sicut formam hominis, quam nominabat per se hominem, &c.* Inde vero vtrique ideæ, & formas illas Platonice immultiplicabiles, & communes rursus, atque vniuersales, indiuiduis aliis, quasi sub eis contentis esse non posse manifeste sic contra ipsum demonstrant: quidquid enim per se, & entitate sua subsistens, ac suppositum vnum in plura indiuidua multiplicari, atque ipsis communem, & communicabilem esse (verbi gratia, Petrum multiplicabilem & communem esse Ioanni, Paulo, & Francisco) ergo & ideæ, seu formas platonice, & quacumque, eo

modo abstractas separatas à materia, ac per se subsistentes ex hoc modo abstractionis formarum platonice (de qua eis omnibus locis expresse) constat primo materia separationis de qua S. Thom. loquitur, & de quo subsistendi, per seque essendi modo; Neque enim materiam separationis solum materiam, & subiectum proprium physicum intelligit sed logicum etiam, seu metaphysicum, quod dicitur: scilicet suppositum, seu indiuiduum, & singulare; quod præter proxime dicta patet ex illis verbis recitatis, num. 3. ex 1. disp. 14. quæst. 1. a. 2. unde illam determinationem materia, vel alicuius, quod loco materia (ac proinde non materia proprie, quæ ipsissima est, nec sibi sufficit) se habet addit in creatura (quæ per aliud, ac non per se subsistit) hypophase supra essentiam, & naturam, ut enim ex Patribus retulimus præfatione quæstionis: ideo indiuidua hypophasis, & supposita dicuntur, quia superioribus prædicatis subiecta, suppositaque sunt, Patet rursus, ex testimonio, quod nobis primo opposuimus, numero 1. ex 1. parte, quæstione 50. articul. 4. corp. postremis illis verbis. *Similiter, si esset humanitas abstracta, non esset, nisi vna tantum.* Cum enim humanitas abstracta essentialiter constet ab illa abstracta: in terminis repugnat: quare de abstractione, & separatione ab indiuiduis, & suppositis reliquis (quæ ut dixi materia logica sunt) & separatione quidem, quæ per se & essentia sua humanitas ad modum idearum, & formarum platonice subsisteret: inde enim immultiplicabilis, & incommunicabilis indiuiduis aliis, & pote essentia sua vna, & indiuidua, ut pote se ipsa subsistens, ac non per aliud, quare, & suppositum esse demonstraretur, ac subinde, eius in plura indiuidua diuisione intelligi, quidem posse nec re, nec ratione; imo, nec, nisi rationabiliter, fingi.

7. Porro ex ita explicata genuina S. Thomæ mente facilis se dat ad opposita eius loca solutio, & primum in terminis explicuimus. Postremum ex quæst. vnie. de spiritalib. creatur. art. 4. corp. conditionalis est, & ex hypothesi. *Si Angelus est forma simplex abstracta à materia*, (modo explicato; ac per se, seque ipsa, ac non per aliud, subsistens) impossibile est, &c. Nullibi autem per se, ac non per aliud, subsistens natura, & formæ Angelos esse docet, & si enim dicat, 1. p. quæst. 12. art. 4. corpore, *quodam sunt quorum natura sunt per se subsistentes, non in materia alia, ne vero illud per se idem atque essentia sua, ac non per aliud, siue in alio, scilicet supposito, & indiuiduo natura cuiusque intelligas*, subdit: *Quæ tamen non sunt suum esse, sed sunt esse habentes, & huiusmodi sunt substantia incorporea, quos Angelos dicimus.* Locus ex 1. p. quæst. 13. truncatus, & extrare, & intentum, S. Thomæ adducitur. Truncatus quia, sic integer textus habet, *forma vero, quæ non indiuiduantur, per aliud suppositum* (vbi indiuiduari, creatas omnes naturas, seu formas, quibus has opponit) sed per se ipsas, quia scilicet sunt formæ subsistentes, si intelligerentur, ut sunt in seipsis non possent communicari, nec ratione. Quo textu de naturis, & formis creatis, quare, nec de Angelica loquitur, sed de aliis, quæ non per aliud suppositum indiuiduantur, si quæ sint; additque diuinam solum eiusmodi esse posse, ac subinde vnam essentia sua esse, quare, nec Dei nomen posse alicui creaturæ, nisi analogice, & per similitudinem alicuius virtutis, & perfectionis Dei in ea repetam conuenire; quemadmodum quosque fortis milites Hæctores, Achillesque vocitamus: cuius articulo illo examen erat, atque in corpore statuta, & probata conclusio erat, cum tamen, si opposita verba, de formis, & naturis creatis intelligantur aduersam omnino conclusionem probabunt. Locus, ex 1. p. qu. 75. articul. 7. contra Origenis errorem de indistinctione specifica animorum nostrorum ab Angelis, ex separatione, & abstractione formarum, & idearum vniuersalium Platonis, cuius

Philosophiam, vbiis Origenes (vt Patres veteres reliqui) sectatur, procedit: ex qua doctrina recte, & euidenter, vt vidimus, S. Thomas contra ipsum argumentatur, & intentam specificam distinctionem Angelorum, à nostris animabus, atque exemplo explicato albedinis separatè concludit. Denique ex dictis, in explicatione profundiori doctrinæ S. Thomæ data, num. 6. claret, quam sibi Angelicus Præceptor vbiq; siue locis oppositis, siue à nobis, & pro nobis, nostraque conclusionem, productis conser, & concordet, vt loca omnia, eorumque conclusiones, & principia decidendi, vbiq; eadem, consideranti facile patebit S. Thomæ laude non exigua; qui aliter intellectus variis sepe, & inconstans, multoties appareret, idcirco etiam profundæ eius menti altius rimandæ, atque eruendæ, non absque pietate, & obseruantia debita adeo prolixè incubuimus, priusquam à ratione rem transigeremus.

CERTAMEN IV.

Eadem conclusio probatur à ratione.

1. Prima esto. Rerum creaturarum indiuiduatio non sumitur necessariò à materia; siue tantquam à principio intrinseco, siue extrinseco essentialiter requisito indiuiduationis: ergo nec distinctio indiuidualis solum, & numerica rerum sub specie atoma, siue speciei atomæ, & infimæ à materia tantquam à principio indiuiduationis necessario dependet. Consequentia patet, siquidem indiuiduatio est formale constitutum indiuisi in se, & diuisi, à quouis alio, in eo gradu infimo indiuiduationis, sub quouis genere, & linea metaphysica, sub qua plura indiuidua esse possunt; vt esse possunt sub linea naturæ Angelicæ: ergo implicat non requiri materiam ad indiuiduationem vniuersum rerum, & requiri, ad distinctionem indiuidualem ab aliis indiuiduis, sub genere, aut specie, aut linea quauis, possibilibus, siue ea media, suprema, aut infima prædicata communia pluribus sint. Probatur secundo consequentia, quia eo ipso, quod materia principium necessarium, vnius indiuiduationis speciei vnius atomæ non sit, nec alterius indiuiduationis principium necessarium est: nec enim indiuiduatio vlla creata, (quæ imperfectissimum, ex prædicatis est) ita omnium indiuiduationum, & indiuiduorum, quæ talium, perfectionem formaliter intra se claudit, vt alias omnes indiuiduales, formalitates, & perfectiones excludat: id enim esset infinitam illam, & infinite perfectam simpliciter per denegationem termini, etiam extrinseci, & naturæ indiuiduæ Dei proprium est, omnique naturæ, & prædicato creato repugnans, vt tom. 1. de Deo vno controu. 1. atque alias ibi, atque hoc to. 2. demonstrauimus sepe; inde vero infero: ergo nec distinctionis vnius indiuidui ab alio sub specie eadem principium necessarium erit materia. Siquidem distinctio indiuidualis, sub specie quauis solum requirit, pluralitatem indiuiduationum, & indiuiduorum sub specie illa, quam nullo materiæ interuentu, siue extrinseco, siue intrinseco possibilem probauimus, si ad vnam indiuiduationem, & indiuiduum necessarium principium materia non sit, inde vero rursus euidenter inferitur; ergo nullo materiæ interuentu, siue extrinseco, siue intrinseco, species quauis atoma in plura indiuidua est multiplicabilis, ac subinde, natura Angelica, etsi omnino spiritalis, nullamque materiam in se continens, neque extrinsecus de se se concetnens, quantumvis infimæ speciei, plura sub se indiuidua coërebit. Probatur antecedens, quia sine materia intrinseca contenta, vel extrinseca connotata,

datur indiuiduum aliquod in rebus: ergo materia nullatenus est principium necessarium indiuiduationis rerum; alioqui in re nulla, sine materia daretur indiuiduatio. Antecedens probatur, in Archangelo Michæle, quod nec materia intrinseca componente, vel extrinseca connotata Angelus indiuiduus est. Vergetur, & confirmatur argumentum præcedens, quia ex fide non solum Michael Gabriel, & Raphael, millesque mille, indiuidui Angeli sunt, nullo materiæ intrinseco, vel extrinseco interuentu, quam eorum nemo intrinsecus habet, neque extrinsecus concernis: ergo nec indiuiduationis, nec distinctionis numerice solum, & indiuidualis rerum materia principium necessarium vllatenus est: ac proinde, sub quouis prædicato specifico, & communi, etiam vltimo, & infimo, possibiles erunt Angeli plures, vt asserimus.

2. Dices ad antecedens, & consequentiam argumenti nostri, atque ad omnes vtriusque probationes præfatas: antecedens quidem esse verum de indiuiduatione, & distinctione numerica, & indiuiduali rerum nullo materiæ interuentu, sub prædicato communi, superiori tamen speciei infimæ, & quæ purè subinde indiuiduario, & distinctio, solum numerica, & indiuidualis rerum non sit, sed etiam specificæ distinctio, & indiuiduum simul: ex huius vero indiuiduationis, & distinctionis numeralis rerum mixtæ cum specifica atoma, possibilitate sine vilo materiæ interuentu (quæ solum ex scriptura, fide, & ratione conuincit possunt) male, & illegitime indiuiduationis, & distinctionis rerum, pure numerice, & indiuidualis, sine materiæ interuentu possibilitatem inferri solummodo posse, la prima, solutio hæc in terminis implicat, vt iam eisdem conclus. 2. Secundo, si materia necessarium principium indiuiduationis ac distinctionis indiuidualis & numerice rerum sit, ea deficiente, & impossibili in rebus aliquibus, (scilicet in Angelis, & si alie specificæ distinctionis principium indiuiduario, & distinctio numerica rerum illarum, allocata ad hoc, & mixta, seu confusa, cum specifica esse non possent: quocirca res illa, si existere deprehendatur, vt existere Angeli, & damones deprehendatur ex fide, realiter, secundum speciem gradum prædicæ, absque indiuiduatione, & distinctione numerica existere, atque inter se distingui, dicendum erit: imo, nec aliter res illas nisi ita præcise, atque absolute indiuiduatione existere vllatenus posse, nisi Chimæricæ, & contradictorie, vt patet, si assumptum sit verum. Hoc autem demonstratur deficiente quouis principio, ex necessariis, siue intrinsecis ad aliquid, tam physice, quam metaphysice vel præstandum, vel constituendum, etiam cetera adhiere, præstari illud, vel constitui repugnat: vt in omnibus principiis necessariis, actiuis, terminalibus, & partibus formali, & materiali, & cetera adhiere, nec effectus, nec totum, quod componere poterit subsistere: & ratione euidente conuincitur, necessarium, ad aliquid non esse illud, quo deficiente porum, ad aliquid aliud esse, & consistere; ergo si materia test aliud aliud esse, & consistere, tamen si materia principium quouis modo necessarium indiuiduationis & numerice rerum distinctionis sit, tamen adhiere sint principia constitutionis, & distinctionis specificæ infimæ rerum, res, quibus materia, nec intrinseca constituitur, neque extrinseca connotata, & supposita non est, ac subinde nec principium indiuiduationis numerice distinctionis esse potest, indiuiduari, & numericè distingui minime poterunt. Vel ergo fatendum tibi erit Angelos, quibus solum specificæ infimæ constitutionis, & distinctionis (quodcumque esse velis) non autem indiuiduationis, & numerice rerum distinctionis sit, principium adhiere, in tua sententia, principium adhiere, specie quidem, non vero numericè, constitui, atque distingui, contra scripturam & Doctores omnes possit, vel sententia tua deposita, materiam non esse se, vel sententia tua deposita, & distinctionis numeralis rerum omnium principium, fatetur necessarium esse: quare Angelos sub specie atoma sua esse